



ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI
ANNUS
255.

CORNELII PAP.
ANNUS
2.

GALLI & VOLUSIANI IMPP.
ANNUS
2.

I. Confulatus Volusiani secundus.

Ducentessimus quinquagesimus quintus Christi annus, Gallo & Volusiano secundum *Coſſ.* est adſcribendus, licet ab aliis Galli tantum *Coſulatus* secundus, Volusiani vero primus ponatur. Verum ex antiquis numismatum inscriptionibus, ambos simul secundum *Coſulatum* geſſiſſe colligitur, quibus secundus *Coſulatus* cum *Tribunitia* potestate secundo reperita, ſequenti vero anno tertio, ac demum quarto iterata ponitur. *Ann. Eccl. Tom. III.*

Si igitur una cum secundo *Coſulatu* Volusiani, secundo pariter poſita haberetur *Tribunitia* potestas, quam anno secundo Imperii oportuit eſſe collatam; plane certum redditur, hunc annum eſſe, quo secundo Imperii anno *Tribunitia* potestate secundo actus Volusianus, secundum pariter geſſit *Coſulatum*. Qua quidem inscriptione, cum complura numismata reperiantur inſcripta, hic unius ponimus, quæ eſt hujusmodi (a): IMP. CÆS. C. VIB. VOLUSIANUS AUG. P. M. TR. P. II. P. P. CON. II.

(a) Habet hac & alia plura Hubert. in Theſaur. rer. antiq. & Adolph. Occ. in Gallo.

A Hoc

PAGIUS
SÆC. III.
Anno Urbis 1005.
Olym.
257. an. 4.
Olymp.
258.
secundum Baronium
A. C. 252.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5745.
© 9. DC. 26. P. II. April. Indi. 15.
JESU CHRISTI 252. secund. Baronium 255.
LUCI PAPÆ I.
GALLI, VOLUSIANI, HOSTILIANI IMPP. I.

ſareorum regulam: ille enim anno elapſo Augustus; hic *Caſar* renuntiatus eſt. In veteribus quidem *Fastis* Volusianus non dicitur *Caſar*, quia in iis Augusti & *Cæſaris* nomina, imo & nota numeralis plerumque negliguntur. Verum Volusianum Kalendis Januariis adhuc fuiſſe *Cæſarem* ostendunt & Numismata ejus apud *Mediobarbum*, qui varia refert, in quibus tantum *Caſar* inſcribitur, & *Coſulatus* secundus anno inſequenti ab eo geſtus, propter Augusteam dignitatem hoc anno acceptam, ut tunc dicemus. Porro Gallum ante Imperium *Coſulatu* ſuſſe exornatum fuiſſe, certum faciunt tam *Fragmentum* *Coſulare*, quo uſus *Cuſpinianus*, quod-

I. [1] AD num. I. *Coſſ.* C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II. & C. Vibius Volusianus *Coſules*. *Caſar*; uterque juxta primam *Coſulatum* *Caſar*.

NOTÆ [1] C Off. C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II. & C. Vibius Volusianus *Caſar*. Gruterus pag. DCCCCXCV. 9. & MLXXXI. 1.

I. ACTUM. PR. KAL. AUG.
IMPP. DD. NN. GALLO.
AUG. II. ET VOLUSIANO.
AUG. COSS.